

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Sacerdos d cum uariis

Presbyteri qui bene presunt uita et doctrina digni habentur a subditis duplici honore, scilicet ut spiritualiter eis obediant et exteriora bona ministrent. Boni enim dispensatores et fideles non solum honore sublimi premiari debent, sed et terreno ut non contristentur indigencia sumptuum et gaudeant obediencia spiritualium. Instancior enim fit, si non humilietur inopia, et crescit in illo auctoritas cum uidet se eciam in presenti laboris sui fructum percipere, ut non habundet sed ut non deficiat.

Glossa Augustini super illud I. Thimothei V.: Qui bene presunt.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

ministrent] ministrant (*cor. supra lin.*) M; humilietur] humiliter P V¹; sui *om.* P V¹ V² L¹ L²; ut non habundet] non ut abundet P V¹ V² L¹ L²